



1650
Nr. 1-22. (Verein Juliusversteigerung!)

1651.

1. Coselius de Pöplinow, Henricus: Inventarium ex luct.

C. de Fur. delict. 1651.

2. Coselius, Henricus: Decadem quaestionum, In jure Civili
Canonico, Fundali et Sacerdotali maxime controversarum

... defendere conatus ... 1651.

3. Lederer, Michael: De dominis. 1651.

4. Nottmager, Christophor: De ortu et occasione stellarum.
1651.

5. Pomarius, Samuel: De principiis chymicis. 1651.

6. Schneider, Gottfried: De beneficiis competentiae

7. Schneider, Gottfried: Brevis repetitio & Thesaurus.
1651.

39. J. de R. J. 1651.

8. Strauch, Augustinus: Consistorii ecclesiastici
jura ad magistratum pertinentia. ... Discutienda
exhibet. ... 1651.

9. Suevus, Gottfried: De jure senioris et agnatorum
in feudo 1651.

10. Suevus, Gottfried: Ternas ex quintuplici jure
portiones. ... propugnare nitetur. 1651.

11. ^aLucius, Goufried: De actionibus, iudiciis

116 ^b Lucius - fidel 1657.

12. Coscius de Pegliuorez, Henricus: De furtis.

13. Kosel, Henricus: De beneficiis et feudis
ecclesiasticis 1652.

12. Cichorius, David: Collegii institutionum
be. Christiani Krenberg disputatio VII. de
testamentis ordinandis, quam ... placi-
dae eruditiorum ventilationi subiciet
... 1652.

13. Coscius, Henricus: De comitiis imperii
Romano-Germanici. 1652.

14. Coscius de Pegliuorez, Henricus: De furtis
1651.

15. Kosel, Henricus: De beneficiis et feu-
dis ecclesiasticis. 1652.

16. Coscius de Pegliuorez, Henricus: Deliberatio
institutionum imperialis. Centurium prae-
sidentum in singulis eorum tit. Resumptarum
continens. 1652.

17. Egel, Adam: Gymnasium principum, sive artium,
quibus illustre Ingenium ad magnae Fortunae cultum
excitatur. . . . 1652.
18. Nergor, Frach: Novenae, et meteorici testamen-
tarium spectantes, positiones, quae . . . publice
proponunt. . . . 1652.
19. Pomarius, Samuel: De meteoris in genere. 1652.
20. Pomarius, Samuel: De tribus in homine
concoctionibus 1652.
21. Pomarius, Samuel: De fulmine. 1652.
22. Pomarius, Samuel: De meteoris ignitis in
genere et in specie de igne fatuo et dra:
cone volante. 1652.
23. Reumer, Ferencius: De executione rei judi-
catae 1652.
24. Strauch, Augustinus: De salvo conductu 1652.
25. Strauch, Augustinus: De commerciorum nova-
lium jure singulari 1652.
26. Strauch, Augustinus: De natura Jurisprudentiae,
eiusdem fine, objecto et medio. 1652.

27. Strauch, Augustinus: Tortura. 1652.
28. Inerus, Gottfried: Resolutionum quaestionum,
ad materiam domini: et rerum decem . . .
publico examini subicit . . . 1652.
29. Inerus, Gottfried: De ludis equestribus. 1652.
30. Inerus, Gottfried: De jure tutelaram. 1652.
31. Inerus, Gottfried: De servitutibus
dominiorum rerum singularium. 1652.
32. Inerus, Gottfried: De haeresi. 1652.
33. Inerus, Gottfried: De successione ab
intestato. 1652.
34. Inerus, Gottfried: De iustitia et jure et
divisionibus juris. 1652.
35. Inerus, Gottfried: De patria potestate acqui-
renda et dissolvenda. 1652.
36. Inerus, Gottfried: De contractibus in genere
et in specie realibus. 1652.
37. Inerus, Gottfried: De testamentis ordinandis
quoad institutiones et substitutiones. 1652.
38. Inerus, Gottfried: De statutis, antiquisque
imperii Romani Germanici translatione. 1652.

39. Suerus, Goufried: De tutela consti. tuenda et finienda.

1652.

40. Suerus, Goufried: De summa divisione personarum in

liberos et seruos. 1652

41. Suerus, Goufried: De legatis, fideicommissis et

codicillis. 1652.

42. Suerus, Goufried: De curatoribus eorumque cum

Tutoribus iure communi. 1652.

43. Suerus, Goufried: De fidejussoribus. 1652.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







39.
D. O. M. A.
1650
29
Controversiarum Medico-
Miscellanearum
DECAS QUINTA

Quam
SUB PRÆSIDIO
DN. MARCI BANZERI

AUGUSTANI, Med. Doct. & Prof. Publ. Me-
dicorumquè Facult. SENIOR.

Dn. Præceptoris, Patroni atque Promotoris
sui, omni honoris & observantiæ cultu ætatèm
prosequendi.

*In Almâ ad Albim Academiâ
die 13. Julij*

In Aroateris Medico, horis consuetis,
Placido ac publico Philiatorum Examine
exponit

JACOBUS MARTINI
Hamburgensis.



WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
ANNO M D C L.

Comptrolleur des Finances

ROYAUME DE FRANCE
LE MINISTRE DES FINANCES

JACOBI MARIANI

TABLEAU
DES
REVENUS
ET
DEPENSES
DE
L'ETAT
POUR
L'AN
1789



CUM DEO.

θεσις I.

Quatuor humorum , communiter numerari solitorum , motus , in quatuor diei partes s. tempora distinctus, vanus est.

Αποδείξις.



Oranus Ephesius Medicus Antiquus , referente Leu. Lemnio, 2. de Occult. nat. mir. c. 1. Item Fuchſio Inſtit. lib. lib. I. ſect. 4, c. 4. & aliis, ſtatuit ſingulos quatuor humores , ſanguinem ſcilicet, Bilem flavam, Melancholicam & Pituitam, per quatuor diſtinctas & certas diei partes, deſtinataque horarum ſpatia, potiffimum moveri, atq; tum temporis dominium quaſi obtinere, corpusq; noſtrum regere. Vbi tn. Notandum, prædictum Soranum diem naturalem in quatuor partes æquales diſpeſcere, & horarum ſpatia, ac diei noctiſq; horas aliter , & quidem Evangeliftarum more, quàm alias communiter fieri ſolet, metiri ac denominare. Ita ut ſecundum ipſum ſanguis vigeat ab horâ noctis nonâ ad horam diei tertiam ; id eſt, ſecundum noſtrum conſuetum horologium , à tertia matutinâ, ad nonam uſque matutinam. Bilis ab horâ diei tertiâ, ad horam diei nonam; id eſt, à nonâ matutinâ, ad tertiam pomeridianam. Melancholia ab hora diei nonâ , uſque ad horam noctis tertiam ; i. e.

A 2

â tertia

à tertiâ pomeridianâ usque ad nonam. Pituita ab horâ noctis tertiâ, ad horam noctis nonam; i.e. à noctis nonâ usque ad tertiâ matutinâ. Imprimis vero mirari subit, Lemnium tantum huic sententiæ tribuere, ut se illam à verò non solum non alienam experimento comperisse, sed & hujus motus observatione febrium accessiones indubitanter pronunciare solitum fuisse, scribere non dubitaverit. Qui & sequentia subdere non veretur: Quod si horum omnium exactè rationem subduxeris, observabis iisdem ferè horis, quibus humores suis vicibus funguntur, accessiones, insultusque febrium invadere, expletoque singularum horarum spatio, modò sinceri sint ac impermixti, consistere ac terminari. Plura alia quæ de hoc humorum motu ibidem recenset Lemnius, quorum pleraq; fictis & falsis, (parcant mihi manes ingeniosissimi hujus viri) nituntur hypothésibus, hîc proponere & impugnare operæ pretium non est. Qua enim facilitate ab eo affirmantur, eadem & negantur. Interim uti humores excrementitios & præternaturales certis temporibus & diebus moveri, negare nolumus: Idem tamen aut etiam in naturalibus, certis diei horis quoque contingere, nullâ certâ aut probabili saltem ratione demonstrari potest. Et quis credat, humores excrementitios tantam in corpus vim & potestatem habere? In venis siquidem præter sanguinem & serum naturaliter nihil contineri certum. Ut jam non dicam, multum à multis dubitari, num omnes hi humores in corpore sano actu dentur, imprimis melancholicus. Præterea cur non & serum peculiare motionis tempus habet, eum tantâ copiâ in corpore abundet & præterea etiam maximâ efficaciam, & plurimorum morborum causam Carolus Piso suis in observationibus, eidem attribuat? Humores insuper naturales & præternaturales plurimum inter se differunt. Non igitur easdem motus periodos quod Lemnius velle videtur, obtinebunt. Denique & cotidiana experientia manifestò huic sententiæ repugnat. Experimur siquidem quotidie, quas libet febris species in differèter quasi modò matutino, modò vespertino,

tino, modò nocturno tempore non solum primò invadere, sed & postmodum exacerbari. Imò unam & eandem febrim, quoad paroxysmos, nunc multùm anticipare, nunc vero postponere: ita ut quæ in principio de die ægrum afflixerit, in progressu noctu suas habeat accessiones vel exacerbationes. Paroxysmi quin etiam non tam pro diversitate humoris, quàm morbi, principij scilicet incrementi aut decrementi, temporis, materiæ copiâ, & similibus circumstantiarum, plurimùm quoad horas diei variant. Hæcque omnia etiã in febribus puris, & nullo vel à medico, vel ægro errore commisso, contingunt. Quod autem mens, ante lucano, exortoque sole sit alacrior, omnesque ferè cum ægroti tum sani erectiores, id non tam ob suavem effluxum, gratumque sanguinis halitum, ut vult Lemnius, quam solis occursum, aliasque causas, de quibus hîc agere instituti nostri ratio non permittit, accidit.

Θέσις ΙΙ.

Hepar primarium sanguificationis organum statuimus.

Ἀπόδειξις.

Vulgatam magis præ aliis hîc Galeni 4. de Us. part. c. 13. & aliorum Medicorum sententiam sequi libet, & quidem sequentes potissimum ob rationes. 1. Quia Epar peculiare & nobile admodum viscus; peculiarem & nobilem ergò ut habeat quoque operationem necesse est. Præter sanguificationem autem nullus huic visceri, dignitate par ac conveniens usus assignari potest. 2. In quolibet organo composito, pars quædam præcipua actionis causa existit, quæ inde cognoscitur, quod nulla ipsi similis toto in corpore reperitur. Talis autem est jeco-

A 3

ris

ris parenchyma. 3. Et sicuti Cerebrum non Nerui, facultatis animalis & Spirituum; Cor, non arteria, vitalis; ita & parenchyma Epatis, non venae, naturalis, & per consequens sanguificationis primum existit instrumentum. Atque uti lac in mammis absque harum carne; semen in vasis testium, absque horum glandulis non gignitur: ita & sanguis perfectus in venis non perficitur, absque operâ jecoris. 4. Nostram quoque confirmat sententiam, quod alium sanguinem Epatis, alium Lien generet, & quidem quodlibet viscus sibi q. similem. 5. Circa Epate etiam excrementorum receptacula, sanguinem depurantia conspiciuntur. 6. Præterea omnino etiam verisimile, sanguinem, utpotè succum rubrum, à viscere rubro & sanguineo confici. Omnis siquidem alterationis finis est assimilatio. Hacque ratione etiam Philosophus utitur, quando probare vult Lienem cum Epate sanguificare, quod scilicet sanguinea sint. 7. Neque etiam alias tot & innumeris q. venis, earumque adeò artificiosâ complicatione, ad sui nutritionem Epate opus habuisset. Secundum regulam, 4. de us. part. 13. & alibi; Vbi sunt complicationes, ibi nova aliqua fit elaboratio. 8. Eandem etiam ob causam venae illae Epatis tenuissimam, ex observatione Galeni, loco modo citato, videntur nactae tunicam, ut eò facilius vis sanguifica subire queat. 9. Imprimis cum Neotericorum observatione jam compertum sit; venas lacteas ipsis dictas, chylum ad Epate deferre, eumque in ipsam Epatis substantiam effundere, ut ex inde sanguis progignatur, & pervenas in corpus ad sui nutritionem dispergatur. 10. Idem & à consequenti s. effectu colligere licet. Hepate siquidem læso, & ἀμάρτωσι vitium pati constat. Interim in venis sanguinem magis elaborari, & ad nutritionem aptiorem reddi inficias ire nolumus.

Θέσις III.

Lien etiam sanguificationis Officina existit.

ΑΠΙ-

Etsi in superiori thesi jecur primarium sanguificationis organum affirmaverimus, non tamen ob id lieni potestatem sanguificandi denegamus. Neque cum Galeno, 2. de nat. facult. c. 9. & 4. de usu part. c. 15. & aliis, qui excremento melancholico saltem excipiendo illum ipsum destinatum esse, autumant, facimus, siquidem viscus est itidem nobile ac egregium, eandemque fere cum Epate constructionem habet, ita ut non absque re illud νόθον ἤπαρ Philosophus; & Galen. 4. de usu part. 7. Epatis ἐκμαγεῖον, simulachrum vocaverit. Imò idem Galen. 6. de loc. aff. 1. Hæc duo viscera secundum magis & minus solum differre asserit. 2. Ob id quoque tot venis & arteriis imprimis abundat. 3. Idem & exindè conjecturare licet, quod aliquando animadversum lienem Epatis vices subiisse. Vesal. lib. 5. c. 9. Meminit cujusdam, cujus Epar contractum, & magnâ ex parte consumptum erat; Lien autem magnus, mollis, fanissimi jecoris instar coloratus. Similem quoque de viro quodam Reusnerus historiam refert. 4. Imò aliquando notatum, Lienem in dextro, Epar in sinistro hypochondrio situm suum obtinuisse, testibus Aristot. Galen. Plin. Cornel. Gemma. Aquapendent. & aliis. Huc & facere videtur, quod nonnunquam lien solito major, nonnunquâ duplex vel triplex, quales historias apud Autores reperire est. 5. Denique affectus quæ Lienem oblaesum comitantur, iidemque fermè sunt, qui Jecoris offensas sequuntur, videlicet Cachexia, hydrops & similes, satis de lienis sanguificatione testantur.

Θέσις IV.

Convulsionis causa non repletio, non inanitio, sed partium nervosarum vellicatio.

Ἀπό-

Si qua de re dissentientes Auctorum sententiæ, de causa convulsionis certè sunt. Ita ut de ipsâ inveniendâ, planè quidam desperarint, & Averroes 3. Collect. de eadem à Medicis propositâ, planè verbis Musicorum, & fabellis canentium æquiparaverit. Plerique veterum classicorum in inanitionem & repletionem causam spasmî retulerunt: uti etiam ipse Hipp. 6. aph. 39. Cum autem hæc opinio plurimas patiatur difficultates, à quibus se extricare haud facile, alii causam convulsionis proximam materiam, nervosâ partes vellicantem, & hinc facultatem expultricè stimulantem, statuere maluerunt. Hancque sententiam plerique Arabum amplexi sunt, & ob id Avicenn. lib. 3. Fen. 2. Tr. 1. c. 5. Hanc ipsam convulsionis speciem, non proportionatam materiæ vocat, eò quod adæquatam, & proportionem ad morbum respondentem causam in se pars convulsa non contineat. Neque etiam ipse Galen. hanc causam planè exclusisse videtur. 3. de loc. aff. c. 7. & 5. aph. 1. & 12. M. M. c. ult. Rationi ergò & Experimentiæ maximè consona Excell. noster Senn. 2. Inst. part. 3. sect. 2. c. 5. prodidit, quando statuit, convulsionis causam proximam esse facultatis naturalis expultricis fibrularum partium, ex nervoso genere compositarum, à re molestâ irritationem, quæ animalem s. sensitivam & locomotivam, in eodem subjecto sibi conjunctam, in consensum trahit, atque ad motum incitat. Quæ etsi aliàs salva sit, atq; etiam imaginatio non depravata, ob irritationis tamen vehementiam, & totius naturalis salutem, & illam quæ est in toto corpore Sympathiam partium & actionum, obsequi cogitur hincq; motum hunc coacta quasi s. imperat. s. permittit. Id quod etiam exemplo sternutationis, singultus, tussis, rigoris & similium actionû demonstrari potest, facileq; quæ in contrarium afferuntur dilui queunt. Minus verò probabilitatis habet sententia, quâ omnis convulsionis causa in spiritum s. flatum distendentem refertur. A frigore namque, re pungente, medicamento acri, morsu venenato, similique re, convulsionem

sionem excitatam, quis quæso rationibus, quæ vel speciem aliquam veri obtinent, flatum jejus esse causam, probaverit.

Thef. V.

Actio nimium aucta peculiare symptomatis genus constituit.

Ἀπόδειξις.

Communiter & à plerisq; primum & principale symptomatum Genus, quod in actionibus læsis consistit, in tres differentias distinguitur. in actiones scil. abolitas, diminutas & depravatas. Verum haud præter rem Argenterius de gen. & diff. symptom. c. 3. peculiare & quartum his genus addidisse videtur, actiones scil. nimium auctas, veluti sunt fames, sitis, respiratio, pulsus, vigiliæ, similesq; actiones aliæ in magnitudine, celeritate, frequentia, alijsvè circumstantiis modum excedentes. Etsi vero Thom. Erastus conf. 18. & 21. haud magnifacere hanc controversiam videatur, dicatq; vulgatam illam symptomatum distinctionem non esse veram divisionem, generis scilicet in species, per contrarias differentias, distributionem, sed per accidentia, quædam saltè factam disclusionem; nihilominus tamen dilucidioris doctrinæ gratiâ, Argenterij opinio haud male attenditur. Actiones enim hæc nimium intentas vitiosas esse, nullum est dubium. Cum autem diminuta actio non referatur ad depravatam, sed peculiare genus constituat; non video quæ aucta actio, ad hanc commodè reduci queat, cum contraria sub eodem genere contineri debeant. Proindè actio aucta itidem aut peculiare genus constituet, aut cum imminutâ sub eodem genere comprehendetur. Auctam prætereâ nimis actionem à depravatâ manifestò distingui, exemplo appetentiæ caninæ s. Bulimi & malaciæ apertò demonstrari potest: In illo namq; cibus aptus & conveniens; in hac vero præternaturalis & insolitus appetitur.

B

© 1715

In somno quàm vigiliis feliciùs etiam
concoctio prima peragitur.

Ἀπόδειξις.

Omniem coctionem multi & copiosi caloris præsentia gaudere, extrà controversiam positum. Hinc Galen. 1. de Aliment. 2. Cibos concoctu difficiles, si in multum calorem inciderint, magis coqui, quam si moderato occurrerint, scriptum reliquit. Ob eamq; causam etiam plus comedimus & felicius coquimus hyeme quàm æstate. Atq; in somno ob caloris ab artibus, & partibus externis & distantibus, ad interiora & principalia viscera, retractionem, is magis circà ventriculum, utpote partem internam, & sub Epate magnâ ex parte latentem, abundat. Meliorem ergò etiam fieri tum temporis coctionem, omninò verisimile. Vnde illud Hipp. 6. Epid. s. 5. aph. 9. Labor articulis & carnibus: Cibum v. & somnus visceribus confert. Et teste Galeno, 12. M. M. c. 3. Somnus concoquit, vigilia digerunt. Idem etiam vesperi valentius alimentum exhibendum censet, M. M. c. 6. quodq; etiam Athletarum exemplo confirmat, ut hoc potius, apud Priscos, quàm hodierno seculo, ob dispar cibandi tempus & morem, locum habere quis dicere queat. Prætereâ etiam quod agricolæ, & homines laboribus dediti, pravis à cibis minus lædantur, causam sæpius nominatus Galen. 1. de Alim. cap. 9. dixit esse, quod ijs somni sint profundiores, quæ res ad coctiones multum ipsis adfert momenti. Quod si ipsos, addit idem Autor, plures ordine noctes in somnes ducere coegeris, morbo statim corripientur. Hinc quoq; breviorẽ justò somnum cruditates parere, eodem monente Galen. 1. de causis sympt. experimur. Neq; somnus solum ob caloris concentrationẽ & abundantia, sed & propter quietem, tum conjunctam, felicius coctionem peragit. Hinc Galen 4. de sanit. tuendâ, semicocta (de alimentis & excrementis hæc intelligi possunt) somno & quiete concoqui, utiliaq; reddi annotat, nihilq; esse quod æque concoquat, quæ
conco-

concoqui possunt, & malos succos per Halitum digerat, ut
somens præsertim à balneo.

Θέσις VII.

Curatio morborum fit per contraria, non similia.

Ἀπόδειξις.

Commune & generale apud Medicos est Axioma, con-
traria esse contrariorum remedia. Contra Paracelsici constan-
ter hoc negant, curationemq; omnem similibus perfici volunt.
Verùm placitum hoc spagyricorum, Philosophiæ & rationi,
ac sic veritati repugnare seqq. argumentis demonstrari potest.
1. quia ex Philosophiâ patet, omnem motum inter contraria ac
à contrariis effici; quare & sanationem inter contraria fieri,
& à contrariis suscitari oportet. Curatio etenim est motus qui-
dam à morbo ad sanitatem. Siquidem juxtà Galen. 9. M. M.
c. 15. Sanatio nihil est aliud, quam præsentis in corpore vitiosi
affectûs, in naturalem habitum mutatio. 2. Prætereà certum
est, simile in simile non agere, sed contrarium. Omnis namq;
actio atq; pugna est à contrariis. 3. Hinc calefacta, refrigeran-
tibus; humecta, siccantibus, aspera, lævigantibus, obstructa,
aperientibus; & sic deinceps curantur, secundum, aph. 22. lect. 2.
Qui à plenitudine morbi fiunt, evacuatione curantur; & qui ab
inanitione proficiscuntur, sanantur repletionem, cæterorumque
contraria sunt remedia. 4. Etenim si remedium morbo simile,
& non contrarium esset, sed ad idem cum morbo tenderet, mor-
bum cerrè non expelleret, sed potius auget. Interim si soler-
tissimi Senn. distinctione adhibitâ, lib. de Cons. & diss. c. 18.
quis cum eadè in verbis potius quàm rebus, hanc Galenicorum &
Chymicorum dissensionem consistere velit, ei dicam nou scri-
bemus.

B 2

Θέσις

Moderatus aceti usus in melancholicis
& spleneticis haud improbandus.

Ἀποδείξις.

Hipp. 3. de rat. vict. in acut. t. 38. & Galen. in Comment. hunc ipsum in locum, ut alias autoritates & loca, brevitatis gratiâ, jam silentio præteream, ubi lien aut humor melancholicus peccat, aceti usum damnant; quorum autoritate non pauci permoti, aceto hisce in casibus uti recusant. Interim tamen non modò classicorum Autorum testimonia, sed & rationes, quæ contrarium docent, in promptu sunt. Hipp. Ipse 2. Epid. sect. 3. Scopo splenetico in potu acetum mulsum dedit. Author lib. de intern. affect. in magnis lienibus acida & acerba exhibet, non olus ullum coctum sinè aceto, radiculam quoq; & Apium ex aceto præbet. Ità & Galen. 9. de comp. med. sect. loc. c. 2. & Aet. Serm. 10. c. 11. varia recensent medicamenta splenetica, acetum mulsum aut scilliticum recipientia. Hinc & Galen. 14. M. M. in liene & carnosis partibus scirrho affectis, tutum esse externum aceti usum scriptum reliquit. Aet. lib. 6. c. 10. & Ægin. lib. 3. c. 4. in melancholicis laudant acetum, cubitumque ituris ad somnum conciliandum id exhibent, quam benè aut rectè id hoc tempore fiat, hinc non disputo. Celsus acida Lienis intumescenti maximè conferre ait lib. 4. c. 9. Splenem melancholix quasi metropolim aceto delectari Averroes 7. Collect. 31. quem pleriq; Arabum sequuntur, memoriæ prodidit. Nec deest ratio, quia acetum ob suam incidendi & penetrandi vim egregiam, crasso humori melancholico diluendo, ejus vapores ob suum Sale fixum figendo, obstructionesq; splenis referendas est aptissimum. Demum & non contemnendæ autoritatis, nec sublestæ fidei autores, se aceto & acidis medicamentis, ex vitriolo & similib. paratis pharmacis, in affectibus Lienis, & ab humore melancholico dependentibus, egregia præstitisse affirmant. Interea prudenter & rectè monent Paul.

& A-

& Avic. ne hac in parte, in aceto scil. exhibendo, plus iusto
audaciores simus.

Θέσις IX.

Peculiares & determinatos, certisque
horis & velut punctis, contingentes cœli &
siderum positus s. aspectus in medicamen-
tis colligendis observari, supervacaneum
ducimus.

Ἀπόδειξις.

Ex Platonis Scholâ prodiisse videtur opinio quorundam,
imprimis Paracelsitarum, qui certis plantis, metallis & aliis
medicamentis certas assignant stellas aut Planetas, & proindè
etiam in effodiendis & colligendis illis potissimum certos si-
derum positus & schematismos studiosè observare jubent, si
modò cum fructu quis ijs uti velit. Verum dogma hoc firmâ
demonstratione destituitur. 1. Siquidem certum, cœlestia cor-
pora medicamentorum vires non participare, proindè nec illa
his eas infundere posse. Cælum namque ac sidera lunt solùm
causa adjuvans ac sinè qua non, quæ prius jam inhærentes fa-
cultates tantummodò excitant. 2. Præterea cœlestium corpo-
rum facultates, de quibus potissimum hîc agimus, non sunt E-
lementares, nec sensiles, sed insensiles & prorsus spirituales. Cû
stellis ergò suis abeunt & redeunt, nec magis in re alia impressæ
aut infixæ manent, quàm manet lumen in aere, sole recedente.
3. Insuper cœlum & sidera sunt causa universalis & communis
omnibusque sublunaribus eadem, nec specificam & determi-
natam, in hoc vel illud corpus sublunare agendi peculiarem
viu habent. Non minus ac gallina, diversis ovis incubans, uno
& eodem calore plures & diversos excludit pullos. 4. Neque
etiam, quid collectionis tempus, adeò strictū, & tantū non mo-
mentaneum, ad medicamentorum efficaciam præstet, videre

B 3

qveo?

queo? Siquidem si certo & determinato siderū positu medica-
menta peculiare vires obtinent, easdem etiam retinebunt, et si
post colligantur: aut si easdem iterum amittunt, idem etiam
post collectionem fiat, etiam si justo tempore collecta fuerint.
Et Paracelsus ipse alicubi scriptum reliquit: Persicaria decer-
pta non amplius commercium cum sideribus habet; at dum vi-
vit, terræ inhærens, virtutem cælicus attrahit. Vanitatem hu-
jus opinionis & hoc demonstrat, quod singulis annis, certâ die,
imò certâ diei horâ ut plurimum singula medicamenta colligi
jubeant: cum tamen singulis annis eum temporis non sit idem
siderum omnium, etiam principalium, schematismus, sed ple-
rumque plurimum differens. Eadem siquidem cœli figuratio-
nes rarissimè, & non nisi post longissima intervalla quandoque
redeunt. 6. Insuper ob dispar cœli clima alio tempore, Pœoni-
am v. g. ad Epilepsiam arcendam, Germanus, alio Italus, alio
Gallus, alio Hispanus, ut de magis dissitis & discrepantibus re-
gionibus nihil dicam, colligere necesse haberet, nec ipsis omni-
bus idem & determinatum quoad hoc præfiniri tempus posset.
7. Quid quod sidera demum post plantarum creationem con-
dita sint, uti ex Sacricodicis 1. Genes. vers. 11. & 14. perspicuè
videre est. Atq; à primâ creatione omnibus suis viribus illas in-
structas fuisse dubium nullum esse potest. 8. Divinæ certè lite-
ræ Gen. 1. v. 17. Sideribus non nisi facultatem tribuunt illumi-
nandi diem & noctem, distinguendi anni tempora, variandi &
significandi, quæ lumine caloreque cœli perficiuntur. 9. Deniq;
ejusmodi temporis in collectione exquisita, & ad certos side-
rum positus adstricta observatio, si non impietatis aliquid ha-
bere, & contrâ mandatum divinum, Levit. 20. v. 6. & Deuteron.
18. v. 20. peccare; saltem quid superstitionis referre videtur.
Interim non peccat, nihilq; absurdi facit Agricola, si tempore
congruè semina terræ committit, & messem demetit; hortula-
nus in plantis serendis, aut faber lignarius in lignis cædendis,
certas lunæ $\Psi\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$ observat. Nec Medici culpandi, qui plantas
has illasve, hoc illove anni aut diei tempore, aut hac illâve cœli
tem-

temperie colligere suadent. Quia hinc non tam attenditur certus stellarum positus, aut certum aliquod & momentaneum temporis punctum, quo sese hoc aut illo modo Planetæ inspiciunt; quam sensibilis aeris mutatio, & totum illud tempus, quod temperaturam habet rebus illis peragendis maximè convenientem.

θεσις X.

Post Plebotomiam à somno non nimis diu arcendi indiscriminatim quivis ægri.

Ἀποδείξις.

Schola Salernitana in suo de sanitate tuenda regimine, per 6. horas somnum prohibuit, hisce versibus:

*Sanguine subtrahito sex horis est vigilandum,
Ne somni fumus ledat tibi sensile corpus.*

Verum nostri hoc spatium non contenti, totam die communiter in quibusvis, nullo habito discrimine, somnum inhibent, ita ut piaculum ipsis habeatur, eadem post venæsectionem dormire. 1. Cæterum præter rationem hoc fit, si nulla causa justa acurgens subfit, imprimis si oculi nictare incipiant, invitisque somnus obrepatur, neque is excuti queat, atque ita necessitas quasi eundem suadeat. 2. Quia reditus sanguinis in præcordia potius cum ægri commodò, quam incommodò s. dispendio contingit. 3. Imprimis verò uti noctes insomnes præcesserunt, si à plebotomiâ somnus apprehendat hominem, non est arcendus; siquidem vires restauratur, humoresque morbi ficos concoquit. Hinc Galen. scriptum reliquit, somnos accedentes, qui prius deerant, criseos firmitatem indicare. Nam contingit interdum ex 2. prophetia ægrum post Crisim integrum dormire diem, præcipuè ubi per plures dies antea insomnis fuerit, idque maximo naturæ solatio. Imò & in ipsa Crisi aliquando ægrum dormire accidit. 4. Si agitur post alias evacuationes, somnus emolumento est, quid ni & post venæsectionem? 5. Præterea quandoque evenit, ut in febribus cum somno præternaturali conjunctis, plebotomia cum salute ægri administretur, quale exem-

Exemplum Primiros. 4. de err. vulg. c. 26. refert. Quod si igitur actu dormienti salutariter sanguis mitti potest, quid detrimenti adferret somnus plebotomiæ succedens. 6. Sic etiam ipse Galenus 9. M. M. c. 4. ægrum somno non solum non prohibuit, sed nec ab ipso post plures horas excitavit, cui sanguinem ad animi usq; deliquium miserat. Interim non sumus nescij, somnum post venæsectionem minus convenire, in viscerum internorum inflammationibus, accessionum principiis, febribus malignis aut pestilentibus: similibusvè casibus. Differri etiam in aliis tantisper somnus potest, dum sanguinis impetus & agitatio resederit, quod post unam alteramvè horam ferè fieri solet.

Μόνα τῷ Θεῷ ἡ δόξα.

AD EXIMIUM ATQUE PRÆSTANTISSIMUM
DN. JACOBUM MARTINI, MEDICINÆ CULTOREM
STRENUUM, DE REBUS MEDICIS PUBLICE
DISPUTANTEM.

Nullo obstante gradu medicamina scire laboras,
Quæis mala propellas prosperiore manu.
Fervida namq; animi virtus blanda otia temnit,
Et cursu vigili maxima quæq; petit.
Perge, ut cœpisti, remanent TE præmia larga,
Præmia, quæ d. nat doctus Apollo suis.

Gratulabundus f.

Polycarpus Leonhardus Rechtenbach/Islebio.
Mansfeldicus, S.S. Theol. Stud.

Sic est, patris plerumq; transit in gressus;
Mores refertq; natus: at sequi patrem
Virtute non vult, atq; nesciam mortis
Famam, Vacunæ sacra dum facit, nactum
Se retur. Hosce sæpe pejus odisti
à parvulis, MARTINE Patris ut quondam
Adinstar esses magnus, unicè quærens.
Ingressus es sic semitam bonam, perge
Hanc cursitare, res probè cadet tandem.

Bona scava ergò f.

Samuel Sturmius, LuccaLuf.
Med, Stud.

Wittenberg, Diss., 1650-51(1)


Vd 17

ULB Halle 3
002 673 339



56.







D. O. M. A. ^{39.} 1650
Controversiarum Medico-
Miscellaneorum
DECAS QUINTA

Quam
SUB PRÆSIDIO
DN. MARCI BANZERI

AUGUSTANI, Med. Doct. & Prof. Publ. Me-
dicorumquè Facult. SENIOR.

Dn. Præceptoris, Patroni atque Promotoris
sui, omni honoris & observantiæ cultu atatèm
prosequendi.

*In Alimã ad Albim Academiã
die 13. Julij*

In Acroaterio Medico, horis consuetis,
Placido ac publico Philiatorum Examine
exponit

JACOBUS MARTINI
Hamburgensis.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
ANNO M D C L.

